

SCRIPTA

Numéro Scripta : 469

Auteur(s) : Gautier de Coutances, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Robert IV d'Argences, Jumièges, Saint-Pierre (abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1188

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par Gautier, archevêque de Rouen, de la donation faite par les abbé et religieux de Jumièges à Guillaume de Verdun d'une portion de l'église de Saint-Paër.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CLV, t. 2, p. 100-101.

Dissertation critique

du 17 avril au 8 avril 1189 d'après J.-J. Vernier.

Texte établi d'après a

W[alterus], Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Equum est ut ea que in ecclesia Dei canonice geruntur, nullius in posterum refragatione turbentur. Eapropter ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire nos ad presentationem dilectorum filiorum nostrorum R[oberti], abbatis Gemetensis, et conventus ejusdem loci recepisse dilectum clericum nostrum magistrum W[illelmum] de Verdun ad illam portionem ecclesie Sancti Paterni que fuit quondam Jocelini, integram et liberam cum omnibus pertinentiis et obventionibus suis, salvo jure episcopali, de prefatis abbate et monachis habendam et tenendam sub antiquis consuetudinibus, videlicet quod abbas et monachi in tribus festivitibus anni, scilicet ipsa die nativitatis dominice et die pasche, de feodo suo medietatem oblationum in denariis tantum, et die purificationis medietatem candelarum tantum percipient ; et de antiqua pensione. C. solidorum Andegavensis monete, quam percipere consueverant, .IIIor. libras Andegavensium duobus anni terminis, .XL. solidos in festo beati Martini et .XL. in octabis pasche, predictis abbati et monachis memoratis magister W[illelmus] persolvat, quia ei ad preces nostras de debita sibi pensione .XXti. solidos Andegavensium personaliter remiserunt, quam quidem remissionem, eo quod de ipsorum liberalitate processit, nullum eis volumus in posterum parere prejudicium, quominus post sepe nominati magistri W. decessum, a successore suo integram percipiant .C. solidorum pensionem. Igitur ut quod sollemniter egimus futuris etiam temporibus ratum permaneat et inconcussum, prelibatam dilectorum filiorum nostrorum abbatis et monachorum Gemetensium presentationem et nostram institutionem sigilli nostri munimine et presentis scripti annotatione posteris nostris in perpetuam derivare memoriam decrevimus. Actum est hoc apud Rothomagum anno incarnationis dominice .M^o. C^o. LXXX^o. VIII^o.,

presentibus S[ansone], abbate Sancti Audoeni, et V[ictore], Sancti Georgii, et I., archidiacono Oxinefordie, et magistris Roberto de Sancto Paterno, Johanne Sagiensi, et R. de Richesp., et Symone, et aliis quampluribus tam clericis quam monachis.